

kat. komp



BIBLIOTHECA
UNIV. JAGIELL.
CRACOVENSIS

203430

[1-4, 4a, 4b, 5-7] II



[1-4,40,40,5-7]

Замъбликовъ.
№. 55-61.
5795 II б.

1066 | 5

15 Kochanowski Kolędy Prof. Dr. P. Bieńkowski
protyp) *odnajdujemy je w Tashan, państwo
oficjalne
ant*

CELNIEJSZE UTWORY ŁACIŃSKIE
JANICKIEGO, KOCHANOWSKIEGO I SARBIEWSKIEGO

ZE WSTĘPEM I OBJAŚNIENIAMI


Jezienski: Chrestomatya i Platon

WYDAŁ
DR. M. JEZIENICKI,

PROFESOR V. GIMNAZYUM I DOCENT UNIW. WE LWOWIE.

CZEŚĆ III:

CELNIEJSZE ODY KOCHANOWSKIEGO I SARBIEWSKIEGO.



WE LWOWIE
NAKŁADEM AUTORA
1900

IANICII, COCHANOVII, SARBIEVII
CARMINA SELECTA

EDIDIT,


PRÆFATIONE INSTRUXIT, ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

DR. M. IEZIENICKI,

PROF. V. G. MNASHI ET PRIV. DOC. IN UNIV. LEOPOLITANA.

PARS III.

COCHANOVII ET SARBIEVII ODAS SELECTAS CONTINENS.



LEOPOLI
SUMPTIBUS AUCTORIS
1900

M
I. 9
w c
kied
skin
dyt
z F
4
bez
ogła
5
cuu
leżn
6

Ioannis Cochanovii Odae selectae.

Ode I.

Ad Henricum Valesium regem in Gallia morantem.

Poeta Henricum, electum Poloniae regem, invitat, ut mora procul pulsa
in Poloniam veniat.

Quis casus obstat? quis deus invidet?
Henrice, regum maxime, quominus
Pulcherrimum ad regnum vocatus
Sarmaticis videare campis

Equo feroci conspicuus vehi, 5
Plaudente matrum cum pueris choro
Vulgoque densis confluyente
Agminibus studio videndi

Novi monarchae? Pelle procul moram
Et te parentis sollicitae pio 10
Evolve complexu, anxiarum et
Falle fuga lacrimas sororum.

Distincta gemmis aurea lucidis
Corona fronti dudum inhiat tuae,
Sceptrumque mirae gestit artis 15
Posse tuam tetigisse dextram,

Metrum Alcaicum; por. Hor. Car. I. 9. 26. — Odę I. skreślił poeta w czasie między 14. maja r. 1573, kiedy Walezyusza obrano królem polskim, a grudniem tegoż roku, kiedyto Walezyusz udał się w drogę z Francyi do Polski.

4. Sarmaticis campis, abl. loc. bez *in*. — videri, dać się widzieć, oglądać.

5. equo feroci należy do conspicuus i do vehi, któryto *inf.* jest zależny od videare = videaris.

6. choro = multitudine.

7. densis agminibus, abl. modi, wzbitych tłumach — studio, abl. caus.

9. wyraz monarcha pojawia się dopiero w łacinie późniejszej.

10. ojcem Henryka III. Walezyusza, obranego królem polskim, a w r. 1574 (po śmierci starszego brata Karola IX.) także królem francuskim, był król francuski Henryk II, † 1559; matką jego była Katarzyna Medycejska; siostrami jego były Elżbieta, późniejsza żona Filipa II., króla hiszp., i Małgorzata, małżonka króla francuskiego Henryka IV. Burbon.

Sceptrum, feroces cui Litavi et potens
 Paret Polonus, quotquot et incolunt
 Gentes profundum Balticum inter
 Caeruleamque Maeotis undam. 20

Ad nomen, o rex magne, tuum ferox
 Moschus tumentes deposuit minas,
 Scythaeque desuescunt rapaces
 Podoliis equitare campis.

Argenteum acri calcar equo admove et 25
 Perterrefactis impiger hostibus
 Vulcaniis offer te in armis
 Fulmineo metuendus ense.

Servent mihi illum fata, precor, diem,
 Cum te subactis hostibus et maris 30
 Ultum tyrannos vadere albis
 Conspicuum videam quadrigis

Vinctos catenis nexilibus duces
 Urbesque captas signaque bellica
 Spectanda proponentem et axes 35
 Divitibus spoliis onustos.

Tum me nec Orpheus nec fidicen Linus
 Vincat canendo, saxa licet lyra
 Uterque dicatur canora
 Et rigidas agitasse quercus. 40

19. Balticum scil. mare, Morze Bałtyckie. Nazwa ta jest późniejszego pochodzenia; Rzymianie nazywali je Mare Suevicum.

20. Maeotis, (gen. idis, idos i Maeotis) scil. lacus, dzisiejsze Morze Azowskie. — Pierwszą długą zgłoskę wyrazu Maeotis (od gr. *Μαιωτις*) skrócił poeta.

22. Moschus, Moskal.

23. Scythae = Tatari.

24. Podolii campi, podolskie łąny. — Co, do zwrotu Podoliis equit. campis, por. Hor. C. II. 9. 24: Geloni exiguis equitant campis.

29. Servent mihi fata illum diem, zam. servent me fata in illum diem.

30. Łącz: cum videam te... vadere... proponentem spectanda... duces... signaque bellica et axes... — Pochód tryumfalny Henryka Walezyusza przedstawia poeta zgodnie ze zwyczajem starożytnych Rzymian.

37. Orpheus, słynny mityczny śpiewak tracki, syn Apollina i Muzy Kalliopy. — Linus, syn Apollina i Muzy Terpsychory, sławny śpiewak mityczny, nauczyciel Orfeusa, zabity przez Apollina za to, że się z nim wdał w zawody.

Ode III.

In conventu Stesicensi.

Nobiles Polonorum post discessum Henrici Valesii in oppido Stężyca (a. 1575) congregatos hortatur poeta, ut principem dignissimum, non plurima promittentem eligant regem atque meminerint sibi regi esse parendum non imperandum.

Qua verticosus Vistuleis Veper

Miscetur undis et profugi domus

Antiqua spectatur Secechi

Diluviiis fluviorum adesa,

Prognata duris natio Sarmatis

5

Levis Valesi, dicam, abitu an fuga

Decepta consedit patenti

Planitie posuitque castra,

Pastore qualis grex viduus suo

Maeret, nec herbae nec laticum memor,

10

Metrum Alcaicum. — Odę III. skreślił poeta na zjeździe szlachty w Stężycy (miasteczku leżącym na prawym brzegu Wisły w pobliżu ujścia Wieprza), zwołanym 12. maja r. 1575 przez prymasa Jakóba Uchańskiego, celem porozumienia się, kogo należałoby powołać na tron polski po ucieczce Henryka Walezyusza do Francji (18. czerwca 1574). Już podczas wyboru Henryka Walezyusza na króla pol. podzielała szlachta to przekonanie, że najwyższą władzę dzierży naród, który ją częściowo i na pewien czas obranemu królowi powierza. Ponieważ tej zasady zamierzała szlachta ściśle przestrzegać także przy wyborze przyszłego króla, przeto ostrzega poeta w tejże odzie szlachtę przed zgubnością tej zasady, starając się ją przekonać, że obowiązkiem jej jest króla słuchać, nie jemu rozkazywać.

1. Veper, Wieprz, rzeka poboczna Wisły, wpadająca do niej z prawej strony, poniżej miasteczka Stężycy.

2. domus Secechi, zamek Sieciecha; Sieciech Toporezyk był wojewodą krakowskim, namiestnikiem i podstępny doradcą niedołężnego króla Hermana. Posiadając wielką władzę i wpływy, wywoływał on liczne spory i wojny domowe, dopóki go nie wypędzili synowie Hermana Bolesław Krzywousty i Zbigniew w r. 1097. Sieciech miał według podania założyć miasteczko Sieciechów z warownym zamkiem na lewym brzegu Wisły, naprzeciw Stężycy, leżącej na prawym brzegu. — 3 Qua (w. 1.) należy także do spectatur. — 6. Łącz: natio decepta abitu an fuga. — dicam (conj. dubit.) jest słowem nawiasowym. — 7. Do consedit należy się domyślić przysł. współwzględnego ea (= tam), odpowiadającego przysł. qua (w. 1.).

8. Po słowach posuitque castra trzeba się domyślić mniej więcej wyrazów: et ita maeret, torujących przejście do słów: qualis (= ut) grex maeret.

Quem nox et instantes tenebrae
Sollicitantque ferae rapaces.

Manemus? an spe ducimur irrita
Regis videndi? quem cupidum viae
Res patriae artae civiumque
Perpetui revocant tumultus. 15

Ita, o deorum magne, velis, pater,
Ut constituta pace potentium
Per rura Francorum Polonas
Rex properet remeare in oras. 20

Sin hoc negatum est, nec datur unico
Binas profundum per pelagus rates
Agi gubernaclo: priusquam
Ingruat horribilis procella,

Fas destitutis sit quoque Sarmatis
Vagae magistrum quaerere pinui
Clavumque ab Henrico relictum
Alterius manui implicare. 25

Sed ambientum ditia principum
Promissa, cives, neglegite, integri; 30

12. sollicitantque ferae rap., zam. et ferae rap. sollic.

13. Manemus? an spe ducimur irrita? są to pytania, jakie sobie zadawała szlachta zgromadzona na zjeździe w Steżycy. — manemus, praes., zam. futur. manebimus, scil. regem Henricum Valesium, czy będziemy czekali na króla, t. j. oczekiwali powrotu jego z Francyi.

14. cupidum viae (=reditus in Poloniam). — 15. res artae patriae, przykre położenie ojczyzny, t. j. Francyi.

16. revocant = retinent, scil. in Gallia. — 17. magne pater deorum = Iuppiter; poeta wyraża się w duchu wyobrażeń pogańskich. Zob. str. 47., uw. do w. 73.

21. negatum, datur, scil. Henrico Valesio. — unico gubernaclo binas

rates agere, dwie nawy państwa jedynym sterem kierować, t. zn. być równocześnie królem dwóch państw, Francyi i Polski; rates, poeci często porównują państwo z okrętem, por. Hor. Car. I. 14.

26. pinui = rati e trabibus pineis contextae, tu o statku wogóle; por. Owid. Met. I. 95, in liquidas pinus descenderat undas, i Hor. Car. I. 14. 11.: Quamvis Pontica pinus...

27. clavus, rękojeść steru, tu przenośnie o sterze państwa; por. Cic. Sext. 9. 20: clavum tanti imperii tenere.

29. principum, o książętach, którzy ubiegając się o tron polski, czynili szlachcie, celem zjednania jej sobie, wielkie obietnice, których później nie dotrzymywali i dotrzymać nie mogli.

Virtute ad amplos niti honores
Non opibus decuit dolosis.

Tum, quod monendum ter venit et quater,
Si rege nobis credimus esse opus,
Parere discamus tyrannumque
Imperiosum animo exuamus.

35

Quid namque recte praecipere attinet,
Si nemo paret? si gerere omnibus
Rem publicam fas, futesque
Pro arbitrio statuuisse leges?

40

Minas furentis ne nimium, o viri,
Horrete, sed nec temnite barbari.
Capessite arma et, quod sit in rem
Vestram, animis agitate magnis.

An colla, victi quod faciunt, iugo
Ultro offeremus libera barbaro
Saevi ante Mavortis cruenta
Arbitria ancipitemque ludum?

45

Ode IV.

Ad Concordiam.

Poeta summis laudibus Concordiam celebrat, quae sola salutem et prosperitatem rei publicae praestet.

Divina — quae coetus hominum et calentes
Temperas iras animosque nectis

33. Łącz: quod (acc. względu) ter et quater monendum (esse) venit, zam. convenit; quod odnosi się do zdań: parere discamus tyrannumque... exuamus.

35. tyrannumque, wyrzutnia na końcu 3. wiersza strofy alcejskiej przed wyrazem nst. wiersza, zaczynającego się od samogł.; zob. niżej. Koch. Od. IV. 22. Por. Hor. Car. II. 3. 27., III. 29. 35. — tyrannum imperiosum = nimiam cupidinem imperandi. — 37. Łącz: namque quid attinet (= iuvat, na co się przyda) recte praecipere. — 38. Łącz: si omnibus fas (est) rem p. gerere.

40. statuuisse, zam. statuere. — pro arbitrio, zam. samego arbitrio.

42. sed nec, zam. neve. — furentis barbari, poeta ma niewątpliwie na myśli cara Iwana Groźnego.

43. in rem vestram = vestro commodo. — 44. animis magnis = cum magnanimitate.

47. i 48. Łącz: ante cruenta arb. anc. ludum saevi Mavortis (= Martis), t. j. zanim krwawa walka rozstrzygnie nasz los.

Metrum: Sapphicum minus; por. Hor. Car. I. 10. 22. — Odę IV. skreślił poeta prawdopodobnie po zje-

Et procul caecum removes cruenti
Martis amorem,

Qua nihil terris melius tuendis 5
Est datum — o Concordia, dulce amoris
Caelitum pignus veniens remotis
Aetheris oris,

Te Fides circum niveisque plaudit
Caritas pennis, tua Pax alumna est, 10
Et coloratis Opulentia ardens
Tempora gemmis.

Te novis matres cupide maritis
Invocant, clauso simulatque Olympo
Vesper est exortus Hymenque blandos 15
Iunxit amantes.

Te pater natis metuens relictis
Sedulo inculcat, tua roris instar
Gratia est umore novas alentis
Iugiter herbas. 20

Tu vagos silvis homines profundis
Prima deduxti, tibi moenia altarum

ździe szlachty w Steżycy; zob. uw. wstępna do Ody III. Ponieważ tamże objawiło się wśród szlachty wielkie rozdwojenie skutkiem ubiegania się kilku książąt o koronę polską, przeto w powyższej odzie nawołuje poeta szlachtę do zgody, której pochwały i błogie skutki opiewa.

1. Diva, t. j. Concordia, wymieniona w. 6.

2. nectis=iungis, concilias.

4. amorem Martis = cupiditatem belli. — 5. Qua, scil. Concordia. — terris tuendis, jest dat. po datum.

6. W tym wierszu brak prawidłowej cenzury, która zwykle przypada po arsie 3. stopy. — 8. remotis aetheris (=caeli) oris, zam. a rem. oris.

9. circum... plaudit, tmeza, zam. circumplaudit = circumvolat.

10. Sens w. 10. i 11: Zgoda jest matką spokoju i dostatku.

11. ardens=fulgens.

12. tempora, acc. względu, zam. ablat., temporibus, na skroniach.

13. novi mariti, nowożeńcy.

14. clauso Olympo, po zachodzie słońca.

17. natis relictis należy do metuens i do inculcat.

18. Łącz: tua gratia est instar roris alentis iugiter umore novas herbas. — adv. iugiter, nieustannie, pojawia się dopiero w późniejszej łacinie. — 21. silvis, zam. e silvis, za przykładem poetów rzym.

22. deduxti, synkop. forma, zam. deduxisti, na wzór Katulla i Propertiusa. — tibi należy do accepta (=grata scil. sunt) i do ferimus.—

Urbiūm accepta, et ferimus sacrarum
Foedera legum.

Tu salus rerum, dea, publicarum 25
Sola casuris inimica regnis
Fata propulsas tribuisque longam
Prospera vitam.

Nulla vis tecum est metuenda, nullus
Hostium insultus; sine te, duello 30
Tuta ab externo, propriis labascunt
Imperia armis.

O dea, o caeli decus, o bonorum
Proma, fortuna facilis Polonum
Respice adversa, populi que caecos 35
Comprime motus.

Arma fraternique avidum cruoris
In truces ferrum potius Tatarros
Verteque in Turcas, veterumque clades 40
Vindica avorum.

moenia altarum urbiūm, zam. moenia alta urbiūm (hypallag. adj.); podobnie sacrarum foedera legum. — altar(um), wyrzutnia na końcu wiersza przed samogłoską wyrazu wiersza nst.: urbiūm, zob. wyżej Koch Od. III. w. 35; podobne wyrzutnie spotykamy także u Hor. Carm. II. 2. 18., II. 16. 34., IV. 2. 22. — Niewłaściwy zwrot: foedera legum ferre (zam. ferire, icere, inire) ukuł poeta według analogii legem ferre. Myśl w. 22—24.: Dla zgodnego pożycia budują ludzie miasta otoczone wysokimi murami i ustanawiają prawa.

25. salus, jako zbawienie, będąc zbaw. — 26. casuris regnis, zam. a cas. regnis, jest abl. separ. po propulsas w. 27. — inimica należy do fata. — 28. prospera, jako życzliwa, życzliwie. — 29. tecum=cum tu, concordia, ades. — 30. insultus-us, urąganie się, obraza (dopiero u pi-

sarzów kościelnych). — insultus scil. metuendus est. — 31. labasco-ere, chylić się do upadku, chwiać się (wyrzaz łac. archaicznej i późniejszej). — propriis armis = dissensionibus, bellis civilibus. — 33. bonorum proma, szafarko dobrodziejstw.

34. facilis należy do respice, spojrzuj łaskawie. — fortuna adversa, abl. abs., zastępujący zdanie czas.

36. w tym w. i nst. jest mowa o wzburzeniu panującym wśród szlachty na zjeździe w Stężyicy, które omal że nie doprowadziło do rozlewu krwi skutkiem tego, że każdy z trzech kandydatów na tron polski: cesarz niem. Maksymilian, piast, car Iwan, miał liczne stronnictwo wśród szlachty, które za każdą cenę starało się przeprowadzić wybór swego kandydata na króla polsk. — 37. Łącz: Arma ferrumque frat. cruoris avidum verte in Tatarros et in Turcas.

Ode V.

Ad Nicolaum Firleum, Ioannis, Palatini Cracov., filium.

Quem poeta hortatur, ut cura discipuli publici pulsa vitae rusticae amoenitate otioque fruatur.

Firleu, iam rapido sole calet Leo
Admotisque furit noxius ignibus,
Aestu flumina anhelu
Decrevere rapacia.

Agros et silvas dira premit sitis,
Aurarumque silent flabra fugacium,
Solis densa cicadis
Arbusta undique personant.

5

Metrum: Asclepiadeum III; por. Hor. Car. I. 14. 20. — Odę V. przypominającą w niektórych myślach i zwrotach Hor. C. III. 29., skreślił poeta prawdopodobnie wkrótce po zjeździe w Steżycy w lecie r. 1575, podczas pobytu swego w Dąbrowicy (w powiecie lubelskim), wsi dziedzicznej Firleja, do którego jako gość zawitał. Mikołaj Firlej, wojewoda krakowski, najstarszy syn Jana F., wojewody krak., należał do serdecznych przyjaciół Kochanowskiego, który mu dedykował księgę Ód w r. 1580. Wyższe nauki pobierał on w akademiach włoskich, niemieckich i francuskich. »Był to pan«, jak mówi współczesny pisarz Januszowski, »dla wybornej nauki, eksperycy w rzeczach, doskonałego rozsądku, biegłości w różnych językach tej w ojczyźnie estymy, że go w najprzedniejszych legacyach zażywała«. Tak jeździł on do Francji po Henryka Walezyusza na tron polski obranego, do Wiednia po cesarza Maksymiliana, zapraszając go na tron polski, i do Stefana Batorego. Zakończył szczęśliwie bunt gdański i wojnę z Moskwą. Arcyksięcia Maksymiliana austriackiego z Polski do Bytomia swoim kosztem

odprowadził. Zażywał wielkiego poważania u papieża Klemensa VIII, króla Batorego i innych książąt Europy. Umarł w r. 1599.

1. Firleū, vocat. (do nom. Firleus), urobiony na wzór vocat. imion greckich, zakończonych w nom. na eus, jak Orpheus, vocat. Orpheu, Theseus, vocat. Theseu. — Leo, Lew, piąta konstelacya zodyaku, licząca 27 gwiazd, z których największa zwie się Cor leonis, czyli Regulus. Słońce wstępuje w znak Lwa 20. lipca, a zatem w połowie lata, kiedy panują największe upały. — rapidus, o niszczącym żarze słońca; por. Owid. Met. 2. 123: rap. flammae, Met. 7. 326: rap. igni. — Werg. Ecl. 3. 10: aestu rap. — sole = aestu.

2. furit ignibus (scil. solis) admotis, sroży się z powodu blizkich promieni palących słońca. Poeta uważa wstąpienie słońca w znak Lwa za zbliżenie się jego do tej konstelacyi. — noxius, szkodę wyrządzając, szkodliwie.

3. aestu anhelu, skutkiem dusznego skwaru. — 5. siluas, jest tu wyrazem trzygłoskowym; podobnie Hor. C. I. 23. 4. i Ep. 13. 2.

7. cicada, konik polny, świerszcz.

Hic, qua platanus bracchia porrigit Atque ictus calidi sideris igneos Parvi pendit amicta Spisso tegmine frondium,	10
Hic uncti Syrio crinem opobalsamo Deponamus humi corpora non sine Rubro flore rosarum Canis nec sine liliis.	15
Custos sepositi vilica Massici, Fumoso prope deme picem cado Et rorantibus hauri Divinum laticem scyphis.	20
Quis post magnanimi munera Liberi Bellorum dubios cogitet exitus Angaturve minaci Plebis discidio levis?	
Quis tum non choreis aptior et iocis Dulcemve Aeolii pectinis ad modos Decantare querelam Formosae memorem Chloës.	25

9. bracchia = rami. — 10. calidi sideris = solis.

11. amicta należy do platanus.

13. Hic powtórzone z w. 9. — Uncti crinem... Poeta naśladuje zwyczaj starożytnych Greków i Rzymian, którzy, zasiadając do biesiady, namaszczali włosy wonnymi olejkami i zdobili głowy wieńcami z kwiatów. Por. Hor. C. II. 11. 14. nst.

17—20. zawierają zlecenia poety, wystosowane do szafarki wiejskiej (custos vilica). — Massici, tu o szlachetnem winie wogóle.

18. pix, smoła, czop smołą oblany. — cadus fumosus, dzban od dymu i sadzy zczerniały; Rzymianie bowiem zwykli przechowywać wino w komorze leżącej nad łazienkami; stąd wpuszczali do niej dym, który

nadawał winu wytrawnego i łagodnego smaku. Co do wyrażenia fumoso cado, por. Owid. Fast. V. 518: prodit fumoso condita vina cado.

19. rorantes scyphi, są to małe czarki, z których się niejako kroplami (stąd nazwa rorantes) pije wino; por. Cic. sen. 14. 46: minuta atque rorantia pocula. — hauri, czerpaj, nalewaj do czarek.

21. magnanimi Liberi, gdyż wino dodaje ducha i odwagi.

22. Quis... cogitet, któżby myślał.

25. tum, t. j. po napieniu się wina. — aptior, scil. est.

26. Aeolii pectinis ad modos, przy dźwiękach eolskiej lutni. Aeolia carmina oznaczają właściwie pieśni, jakie układały Sapphona i Alceus z wyspy Lesbos, zamieszkaną przez

Sic, o sic libeat prodigere hunc diem
 Et curis animum solvere tristibus;
 Cras arma aspera tergique
 Enses conveniet scabros.

30

Ode VI.

In conventu Varsaviensi.

In conventu Varsaviensi (a. 1575.) Maximilianus II., Germanorum imperator, Poloniae rex electus erat ipso poeta suffragante. Qui cum brevi perspexisset, illum ordini nobilium Polonorum, qui Batoreum praeferebant, minus esse acceptum, scripsit hanc oden, qua declararet, sua non interesse, utrum Caesar an Batoreus rex futurus esset, dummodo is, qui rex eligeretur, idoneus esset ad rempublicam in rebus arduis gubernandam.

Musarum et Clarii cultor Apollinis,
 Caesarne imperitet Sarmatiae potens,
 An fortem maneant scepra Batoreum,
 Non sum sollicitus nimis.

Quemcumque ille deorum atque hominum parens, 5
 Unus regna manu qui tenet omnia,
 Augusti in solium sustulerit, meae
 Prosper sit patriae, precor.

Eolczyków; następnie wogóle pieśni treści erotycznej.

27. inf. decantare zależny od aptior.

28. memorem, poświęconą pamięci. — Chloe, grecka nazwa kobiety; ten wyraz jest tu imieniem fikcyjnym na oznaczenie jakiejś przyjaciółki Firleja.

29. prodigere = consumere, peragere. — 32. scabros, scil. robigine, szorstkie od rdzy, zardzewiałe; por. Lucan. I. 243.: scabros nigrae morsu robiginis enses.

Metrum ody VI.: Asclepiadeum II; por. Hor. Car. I. 6. 24. Napisał ją poeta z początkiem grudnia r. 1575 przy końcu sejmu elekcyjnego w Warszawie.

1. Łącz. (Ego) Musarum et Cl. A. cultor (= poeta) non nimis solli-

citus sum, Caesarne... Batoreum.— Apollo zwie się Clarius od Claros, miasteczka lidyjskiego (obok Kolo-fontu), w którym wznosiła się słynna świątynia jemu poświęcona.

2. Na zjeździe elekcyjnym w Warszawie obrał senat 12. grudnia 1575 r. królem polskim Maksymiliana II., cesarza niem., zaś koło szlacheckie Stefana Batorego, wojewodę siedmiogrodzkiego, dzielnego wodza, męża energicznego, szerokiego poglądu i rzadkiej bystrości. Wobec tego byłoby niewątpliwie przyszło do wojny domowej, gdyby w samą porę nie nastąpiła śmierć cesarza Maksymiliana (z początkiem r. 1576), która sprawiła, że Batory został powszechnie królem polskim uznany.

7. Augusti, t. j. króla Zygmunta Augusta, zmarłego 7. lipca 1572.

Ille antiqua rei vulnera publicae,
Discordes animos civium et asperis 10
Certantes odiis mitiget et novo
Iunctos foedere copulet.

Deturbata suo restituat loco
Et priscum revocet sedulus ordinem,
Bacchanti inicit frena licentiae et 15
Iustis vim fieri vetet.

Sumptus immodicos et Sybariticam
Tollat lautitiam, ne pudeat domi
Natis vesci epulis et vice purpurae
Lana fulgere patria. 20

Regnanti idem adimat sceptrum pecuniae,
Ut patrona parum firma nocentium
Nequicquam loculis personet aureis
Aequis iudicum in auribus.

Hoc rege illuvie et sordibus obsita 25
Proferre e latebris incipiat pedem
Virtus inque dies cultior aureum
Solem respicere audeat.

Laudis dulcis amor blandaque nominis
Propagandi animos spes iuvenum excitet, 30
Ut factis satagant fortibus accipi
Currum gloriae in aureum.

Illos et citharae et carmina barbaris
Insignes spoliis, sanguineque hostico

9. ille = król polski, który będzie obrany; jego ma poeta na myśli także w w. 21. (idem) i w. 25. (hoc rege).

14. priscum ordinem, dawny, t. j. dobry ład.

15. Bacchanti, wyuzdanej.

21. idem, przyszły król. — sceptrum = potentiam. — Sens w. 21. do 24.: aby pieniądz jako bezsilny opiekun winnych brzękiem trzosa złotem nabitego (loculis aureis) napróżno kusił uszy bezstronnych sędziów.

25. Łącz: Virtus obsita illuvie et

sordibus hoc rege incipiat e latebris proferre pedem. — Sens w. 25—28: Oby nowy król przywrócił enocie, dotąd zapoznawanej i pogardzanej, należną jej cześć i sławę.

30. iuvenum należy do animos.

31. satagant = satis agant, zadość uczynić, zażyć sobie na co. — inf. accipi, zam. zwykłej składni ut accipiantur.

33. Łącz: Illos (=iuvenes) barbaris spoliis insignes et cornipedes (iuvenum) sanguine hostico tinctos

Tinctos cornipedes, et bifidum canant
Pulsos trans Tanaim Scythas.

35

Ode VIII.

Ad Andream Patricium.

Quem poeta hortatur, ne opes honoresque aulae appetens studia litterarum,
quae adhuc colat, deserat.

Quae Siren adeo blanda canorve ita
Dulcis te sophiae, Patrici, in ardua
Templa evadere aventem
Diversam tulit in viam?

Tantine ulla fuit condicio, ut libris
Speusippi in latebras nobilis abditis
Facundoque Platone
In pastum tineis dato

5

Fortunae satius duxeris ad latus
Inter purpureos ire satellites
Aetatemque labores
Omnem insumere in aulicos?

10

et Scythas trans Tanaim bifidum pulsos (=wypędzenie Tatarów przez rycerską młodzież) et citharae et carmina canant. — Citharae et carmina, pieśni przy dźwięku lutni.

35. bifidus dwuramienny.

Oda VIII. O Andrzeju Patrycym Nideckim zob. uw. wstępną do Koch. eleg. ks. III. 14. str. 96. — Metrum ody VIII., skreślonej prawdopodobnie po r. 1572, jest Asclepiadeum III; por. Hor. Car. I. 14. 21.

1. Myśl 1. zwrotki: Jakież czarujące namowy skusiły cię do porzucenia ulubionych zajęć literackich, a poświęcenia się innemu zawodowi?

2. Dulcis należy do canor, sophiae do templa.

5. Tantine... condicio? czyż jakieś stanowisko było tak świetne?

6. Speusippus, siostrzeniec Platona, filozof grecki, po śmierci Platona przełożony szkoły akademickiej w Atenach. — in latebras abditis, w kąć rzuciwszy. — Przez księgi Platona i Speuzyppa rozumie poeta pisma treści filozoficznej wogóle; pisma Speusyppa zaginęły jeszcze w wiekach średnich.

9. Łącz: ut (w. 5.) duxeris satius (esse) ire ad latus Fortunae inter purpureos satellites et insumere omnem aetatem in labores aulicos. — Po śmierci Zygmunta Augusta r. 1572 był Nidecki najpierw dworzaninem i sekretarzem infantki Anny, siostry Zygmunta Augusta, późniejszej żony Batorego, następnie zaś od r. 1576 sekretarzem króla Batorego, który mu różne ważne sprawy poruczał.

Tum forsā veterem demum opibus Midam
Aequaturus, ubi non fuerit tibi

Uno plus obolo usus 15
Vecturae in pretium horridae.

Spes macras (moneo) desere, Patrici,
Pacatumque redi rursus ad otium,

Fortunatus abunde, 20
Parto si valeas frui.

13. Midas, król Frygii, powszechnie znany z niezwykłego szczęścia i bogactw. — Myśl w. 13—16: Zrównasz się bogactwami z Midasem dopiero po śmierci, kiedy obaj będziecie posiadali tylko po jednym groszu dla Charona za przewóz przez rzekę Styx.

14. ubi, zam. cum. — Łącz: tibi non plus usus (genet.) fuerit, nie będzie ci więcej potrzeba. Zwrot: usus est mihi, w znaczeniu potrzeba mi, spotyka się często u klas. pisarzy rzymskich. — 17. spes macras, słabe, płonne nadzieje (dorobienia się wielkich bogactw).

Matthiae Casimiri Sarbievii Odae selectae.

Libri I. Ode IX.

Ad Nicolaum Veierum, Palatini Culmensis filium.

Ibis belligerae regna Poloniae
Et gratae repetes limina patriae,
Quae te voce diu, quae prece flagitat
Passis obvia bracchiis;

Metrum: Asclepiadeum II; por. Hor. C. I. 6. 24. — Kiedy Mikołaj Weiher, syn Jana, wojewody chełmińskiego, po ukończeniu nauk w Rzymie wybierał się w roku 1625 z powrotem do Polski, napisał Sarbiewski, jako jego serdeczny przyjaciel i kolega podczas studyów w Rzymie, tę odę, w której kreśli najpierw tęsknotę ojczyzny, oczekującej niecierpliwie jego powrotu (w. 1—16), następnie chwali jego przymioty serca i umysłu (w. 17—28.),

a wkońcu zaleca, by nie starał się o bogactwa, lecz o cnotę, która nie tylko jest najpewniejszym skarbem człowieka, lecz także źródłem wielu jego zalet, jego majątku, zaszczytów i sławy (w. 29—44.). — Po powrocie do kraju piastował Mikołaj Weiher wysokie godności. Był wojewodą malborskim, później chełmińskim. Napis na nagrobku Mikołaja, wzniesionym w Pucku przez ojca, opiewa (według Starowolsk. Monum. Pol.): »Litteris, militari

Ceu quem velivolis praepes Etesii	5
Navis divitibus distinet insulis	
Dilectum iuvenem, quem modo barbara	
Auri corripuit fames,	
Mater sollicito spectat ab aequore	
Et lentum pelagi damnat Oriona	10
Et ventos gemitu duplicat et pigro	
Affundit lacrimas mari,	
Si fors, edomito fletibus Aeolo,	
Indo sole niger filius advolet	
Et longi memores exsiliu notas	15
Caris deleat osculis.	

laude et fortitudine, liberalitate in egenos vir clarissimus, in medio cursu ereptus, Culmaeque sepultus.

1. Ibis... regna (plur. zam. sing.), zam. in regna.

2. patriae, t. j. Chełmna.

4. obvia passis brachiis, wychodząc na spotkanie z tobą, wyglądając ciebie z otwartymi ramionami.

5. i nst. Łącz: Ceu (= sicut) mater spectat ab aequore sollicito (= inquieto) dilectum iuvenem, quem... barbara (= rabida) fames auri corripuit et quem velivola navis (hypal. adiect.) praepetibus Etesiiis (abl. absol. et caus.) (in) divitibus insulis distinet (= retinet). — Co do myśli w. 3—9. por. Hor. C. IV. 5. 9—16.:

Ut mater iuvenem, quem Notus invido
Flatu Carpathii trans maris aequora
Cunctantem spatio longius annuo
 Dulci distinet a domo,

Votis omnibusque et precibus vocat,
Curvo nec faciem litore dimovet:
Sic disideriis icta fidelibus
 Quaerit patria Caesarem.

— Etesiae, wiatry zwrotnikowe, wiejące przez 40 dni podczas kanikuły.

10. lentum Oriona pelagi damnat, zam. lenti pelagi (hypal. adiect.). Matka obwinia Oriona, że jest sprawcą powolności (gnuśności) morza przez to, iż nie zsyła pomyslnych wiatrów, które poruszając fale umożliwiłyby powrót jej synowi. Gwieździe tej przypisywali starożytni wpływ na wiatry, które ona wzniesła szczególnie w listopadzie w czasie swego zachodu.

11. duplicat = etiam atque etiam rogat (scil. Oriona). — ventos, scil. secundos. — pigro mari, dlatego że pomyslnie wiatry nie poruszają fal jego.

13. Si fors... advolet, zam. Si (czyby nie) fors (= fortasse) mater ab Aeolo fletibus suis edomito (= victo) impetret, ut secundis ventis emissis filium Indo sole nigrum (opalonego) advehat.

15. nst. notas longi exsiliu memores delere, zażegnać skargi (wyrzuty), wywołane wspomnieniem zbyt długiego przebywania na obczyźnie.

At tu nec studio mercis idoneus
 Infamisque lucri, nec sitiens opum,
 Quas septem geminis prodigus ostiis
 Aut Ganges vomit aut Tagus, 20

Invises patrium limen amantior
 Insignes animi quaerere copias
 Et vi consilii promptus et ubere
 Vena divitis ingeni.

Te rerum sapiens usus et imperi, 25
 Te felix operum spiritus addecet
 Et vox se populo fundere largior
 Plenae flumine Copiae.

Fortunae volucrem mitte licentiam.
 Hoc appone lucro, quod tuleris simul, 30
 Quo te cumque feres, seu per inhospita
 Rauca litora Bospori

Et captum nivea compede Nereum,
 Seu pacis dubios Thracas et asperum
 Persen, seu refugum visere Concanum 35
 Legatus properaveris.

Virtutem solidi pectoris hospitam
 Idem portat equus, qui dominum; neque

18. opes, quas aut Ganges septem geminis ostiis (o 14 ujściach, ramionach) aut Tagus (dziś Tajo) vomit = aurum.

23. promptus, dzielny, odznaczący się. — 25. nst. Sens: Tobie przystoi mądrze używać majątku i władzy, mieć szczęśliwe natchnienie do dzieł i popisywać się przed ludem niezwykłym darem wymowy.

26. felix spiritus operum, szczęśliwe natchnienie, pomysły do dzieł.

27. vox largior se fundere populo, niezwykła składnia, zam.: vox se fundens largius (in wśród) populo flumine (abl. comp.) plenae Copiae.

29. nst. Sens w. 29—36.: Nie ubiegaj się o znikome bogactwa. Uważaj za największy skarb to, co

z sobą możesz unieść wśród wszelkich okoliczności, t. j. cnotę.

30. Por. Hor. C. I. 9. 14.: Quem fors dierum cumque dabit, lucro Appone. — 31. quo te cumque, tmeza. — 33. captum nivea compede Nereum = glaciatum (zamarznięte) Pontum Euxinum.

35. Concanus, Turek. — refugum, skutkiem klęski zadanej pod Chocimem w r. 1621.

37. nst. Sens w. 37—40.: Jak koń, co na grzbiecie dźwiga pana a w piersi odwagę, tak też i ty prócz przymiotów możnego pana posiadź także Virtus (t. j. męstwo i cnotę), nad którą niema lepszego towarzysza ani w boju ani w po-

Aut campo melior pone perambulat
Aut mensae comes assidet.

40

Illam cana fides nudaque veritas
Et ferrugineae plebe pecuniae
Circumfusus honor et sequitur prope
Albis fama iugalibus.

Libri I. Ode XV.

Ad Equites Polonos.

Cum Ladislaus, Poloniae princeps, fuso Osmano, Turcarum imperatore, victorem exercitum in hiberna reduceret.

Credetis? Io, credite, posterii,
Fractos pudendo Bistonas impetu

koju. — Wyrazu *virtus* użył poeta w szerszem pojęciu, w jakim go używali Rzymianie, u których *virtus* oznacza cnotę i męstwo. Tak więc *Virtus* w 1. znaczeniu ma zastosowanie w boju, zaś w 2. znaczeniu w pokoju.

39. *campo, zam. in campo* — *melior comes, scil. quam virtus*. — W. 39 i 40 służą do oddania myśli: *Virtus* jest najlepszą towarzyszką i w boju i w pokoju. — 41. Ten w. jest prawie dosłownie wzięty z Hor. C. I. 24. 7: *Incorrupta fides nudaque veritas*. — *Sens w. 41—44.*: Mężowi cnotliwemu każdy ufa i prawdę mówi, on dochodzi także do zaszczytów, połączonych z wysokimi dochodami, i do sławy. — Łącz: *honor circumfusus plebe* (= *multitudine*) *pecuniae ferrugineae* = koloru rdzy, czerwonego; poeta widocznie ma na myśli pieniądź bity z miedzi i złota.

44. *fama albis iugalibus* (scil. *vehens*) — *iugales* (scil. *equi*), konie idące razem w zaprzęgu. — Rzymscy tryumfatorowie siedzieli na rydwaniu ciągniętym przez białe konie, stąd zapewne użył poeta: *albis iugalibus*.

Oda I. XV. — *Metrum Alcaicum*; por. Hor. C. I. 9. 26.

W odzie tej sławi poeta zwycięstwo Polaków odniesione nad Turkami pod Chocimem dnia 10. paźdz. 1621 r. Naprzeciw niezliczonych tłumów bisurmańskich z sultanem Osmanem I. na czele stanęło wówczas na polach Chocima 32 tysięcy wojska polskiego — pod wodzą Karola Chodkiewicza, a następnie (po śmierci tegoż), Stanisława Lubomirskiego, wielkiego hetmana koronnego, — tudzież 40 tysięcy kozaków, którymi dowodził sławny ataman Konaszewicz Sahajdaczny. Polacy nie mogąc sprostać w otwartem polu przewadze nieprzyjaciela, okopali się w obozie, i przez 40 dni, odpierając straszliwe szturmy Turków i nękając ich nieustannemi wycieczkami, utrzymali się na stanowisku i dotkliwie zadali im straty. Wówczas znajdował się w obozie, nie piastując żadnego dowództwa, także król Władysław, późniejszy król Władysław IV. — 1. Treść w. 1—4.: Daj, potomności, wiarę moim słowom, że Turcy w sromotnej ucieczce ustąpili z pola walki i po strasliwej klęsce zawarli pokój. — *io*, okrzyk radości, hej!

2. *Bistonas*, acc. plur. z końcówką grecką. *Bistones*, lud tracki, osia-

Cessisse et infaustis redemptam
Funeribus pepigisse pacem.

Quis tunc recentes Odrysiis timor
Affixit alas, cum refugas metu
Prae se Ladislaus phalangas
Fulmineis agitaret armis?

5

Quantus Gelonis, quantus erat feris
Sudor Corallis! cum prope decolor
Ister verecundusque capta
Bosporus erubisset unda,

10

Cum versa Thracum parma tremantibus
Frenderet hastis, cum celer Artacen
Turresque Byzanti probrosis
Concanus assonuisset armis.

15

dłty między rzeką Nessus i Hebrus; poeta używa tej nazwy na oznaczenie Turków i Tatarów.

5. Treść w. 5—16.: Jak szybko uciekali ze strachu Turcy na głowę pobici przed hufcami Władysława ścigającymi morderczą bronią! — Odrysaie lub Odrysi, lud — nad rzeką Hebrus; tu tracki oznacza Turków. — recentes, silne. — timor entes, świeże, obrazowe wyrażenie; affixit alas, szybkiej ucieczki; na oznaczenie VIII. 256: ... ai; por. Werg. En. alas. pedibus timor addidit

7. ph

8. ...alangas, scil. Turcarum.
(a) Fulmineis (piorunujący) armis
Jl. instr.)

9. Por. Hor. C. I. 15. 9: Eheu, quantus equis, quantus adest viris Sudor! — Geloni, scytyjskie plemiona, mieszkające między Donem a Wołgą, tu=Tatari.

10. Coralli, lud niższej Mezji (dzis. Bułgarii i Rumunii) nad Czarnym Morzem. — decolor Ister, skutkiem krwi poległych, która, mieszając się z wodami Dniestru,

zabarwiła je na czerwono. — Nazwy Ister (Dniepr) i anaj użył tu poeta na oznaczenie Dniestru, nad którym leży miasteczko Chocim, zam. Danastris lub Tyras; tak samo ks. IV. Od. IV. 2.

11. verecundus Bosporus erubisset, ze wstydu się zarumienił.

12. capta unda, scil. Istri. — Wody Dniestru zmieszane z krwią poległych pod Chocimem Turków, wpadając do Morza Czarnego, zabarwiły jego fale na czerwono, która to barwa udzieliła się następnie także wodom Bosporu.

13. i 14.: »Gdy zarzucone w tył tarcze Turków jęczały z powodu drgających pocisków, (które w nie uderzały).« Sens tych słów nast.: Turcy uciekając przed ścigającym nieprzyjacielem, zarzucili tarcze w tył; w nie trafiły pociski nieprzyjaciół, które drgały już to z powodu szybkiej ucieczki Turków, już też dlatego, że tkwiły w tarczach tylko ostrzami. — Frenderet, zam. prawidł. fronderet; wydania mają błędnie fronderet.

15 i 16. Sens: gdy Turek (Concanus) szczękiem oręza hańbą okry-

An nos repensam sanguine gloriam
 Frustra futuris emimus? An suos
 Exempla diffingent nepotem
 In proavos similemque patri 20

Gnatum reponent? Quatenus (heu pudor!)
 Peior nefastis progenies avis
 Succrevit, et damnosa pulchras
 Saecula diminuere vires:

Vel nos avitae stemmata gloriae 25
 Currusque et enses nuper et hosticis
 Direpta delubris tropaea,
 Haemoniae monumenta pugnae,

Uramus igni, neu pudeat sacros
 Mentita vultus frangere marmora, 30
 Non aera fumosasque patrum
 Effigies memoresque laudum

tęgo (probrosis armis) spiesznie napełnił Artacę i baszty Konstantynopola, t. z. gdy wieść o sromotnej klęsce Turka szybko dotarła do Konstantynopola. — Artace, dziś Artaki, miasto Azji Mniejszej, na południowym wybrzeżu morza Marmara.

17. An nos... reponent? zapytuje poeta w imieniu bohaterów, którzy walczyli pod Chocimem. — Treść w. 17—37.: Czyż sława wojenna, pod Chocimem krwią przelaną okupiona, nie powinna być zachętą dla przyszłych pokoleń? Ponieważ niestety wyrodziliśmy się od naszych przodków, to zniszczymy wszystkie pamiątki dawnej chwały i wizerunki sławnych przodków, których jako zwyrodniałe pokolenie nie jesteśmy godni. Jeżeli zaś pragniemy wstępować w ich ślady, to przysięgnijmy przed ich wizerunkami, że będziemy za ich przykładem dobijać się sławnych czynów.

18. futuris=posteris. — emimus, perf. — Łącz: An exempla (scil.

clara avorum) nepotem (=nepotes) in suos proavos diffingent, czy przykłady (czynów bohaterskich, dokonanych przez przodków) przerobią wnuków na pradziadów, t. z. uczynią potomków podobnymi do przodków.

21. reponent=efficient. — Quatenus, ponieważ. — Co do myśli w. 21—24 por. Hor. C. III. 6. 45—49.

22. nefastis avis, abl. comp., od nieszczęśliwych dziadów.

24. vires, scil. nostras. — po vires mają wszystkie wydania Sarb. (.).

25. stemmata, ozdoby, herby szlacheckie.

26. currus et enses, mian. zdobyte na wrogach.

28. Haemoniae=Turcicae.

30. marmora, aera mentita sacros vultus patrum, marmurowe i spiżowe posągi, odtwarzające rysy czciogodnych ojców. — 31. Non, scil. pudeat.

32. effigies, wizerunki malowane antenatów; nazywa je poeta dlatego fumosae, że były niekiedy zczerniałe od starości, dymu i kurzu.

Ceras profundo mergere Vistula;
 Vel, si supinae taedet inertiae,
 Martemque maiorumque pugnans
 Egregiis iterare factis

35

Iuremus. O, quem gloria fervidis
 Urbesque terrasque et populos super
 Evexit alis, o caduci
 Grande decus columenque mundi,

40

Pridem Geloni sobria sanguinis
 Rursum Polonis deripe postibus
 Et tela, Princeps, et timenda
 Edoniis refer arma signis.

Libri I. Ode XIX.

Ad caelestem adspirat patriam.

Urit me patriae decor,
 Urit conspicuis pervigil ignibus

33. cerae, maski woskowe, memores laudum, przypominające chwałę przodków. — Vistula, jest u Sarmackiego zawsze masc., u innych pisarzy także fem.

34. taedet, scil. nos. — supinus, na wznak leżący, ospały, próżniaczy.

36. iterare, zam. nos iteraturos esse; eo do infin. praes. po iurare dostarcza prócz innych pisarzy rzym. wiele przykładów Horacy, n. p. Sat. 2. 6. 57: iurans me scire nihil; Epist. I. 1. 89., I. 18. 93.

37. Iuremus, przed wizerunkami naszych sławnych przodków. — W. 37—44 zawierają apostrofę do królowicza Władysława. Treść ich jest nast.: Prowadź znowu przesławny królewiczu Polaków do boju zwycięskiego z Turkami. Szyk wyrazów w. 37—40. nast.: O Princeps, quem gloria fervidis (rozpalonych skutkiem szybkiego lotu, szybkich) alis super urbes, terras, populos evexit, o tu grande decus columenque mundi ca-

duci, rursum deripe postibus Polonis et tela (iam) pridem sobria (=sitiencia) sanguinis Geloni (=Tartarorum) et arma Edoniis signis (dat. =copiis Turcarum) timenda refer (=fer iterum).

42. deripe postibus tela, które podczas pokoju wisały na ścianach komnat. — 44. refer arma=renova bellum.

Oda XIX. — Metrum: Asclepiadeum IV.; por. Hor. C. I. 3. III. 9.

Tytuł: adspirat, scil. poeta.

1. Urit me patriae (scil. caelestis) decor, piękność ojczyzny niebieskiej napełnia mnie gorącą tęsknotą za nią. — Niebo jest nazwane ojczyzną dlatego, że jest wiekiuistym mieszkaniem wszystkich sprawiedliwych, gdy tymczasem ziemia tylko doczesnem. — 3. tholus aetheris (=caeli), sklepienie nieba. — tholus conspicuis pervigil ignibus, hypal. adiect., zam. tholus pervigilibus ignibus

Stellati tholus aetheris
 Et lunae tenerum lumen et aureis
 Fixae lampades atriis. 5
 O noctis choreas et teretem sequi
